

Stuprum per inebriationem obtentum, est annu-
merandum supro violento. fol. 198. n. 602.

Stuprum violentum illatum meretrici prostitu-
tæ, non punitur pœnâ mortis, n. 602.

Ex conceptione non arguitur certò, stuprum
fuisse voluntarium, n. 605.

Stuprum voluntarium illatum necdum viripo-
tenti, non punitur pœnâ mortis, bene tamen vio-
lentum, nec requiritur fractura claustrî, sufficit
conatus. fol. 606. & seq.

Substitutio. Substitutus.

Tomo 2.

Substitutio non rectè definitur ab Accursio: *Se-
cunda Institutio*, cum etiam legatario possit fieri
Substitutio, quæ tamen non est Institutio. fol. 159.
num. 1.

Definitur Substitutio in genere: unius aut plu-
rium in alterius, aut aliorum locum, ad rem ali-
quam in ultima voluntate vocatio. strictius. Voca-
tio ad hæreditatem in locum alterius. fol. 160.
num. 2.

Institutio conditionata: *si hæres ab intestato nol-
let esse hæres*, non est Substitutio, quia non supponit
Institutioem. f. eod. n. 3.

Substitutus ex tempore alicui Instituto ad tem-
pus, (quod militi licet) est propriè Substitutus,
quamvis legata à priori non soluta solvere non de-
beat, quia prior hoc onus in se recepit. fol. eod.
num. 4.

Substitutio alia est directa, alia indirecta, seu
fideicommissaria. Directa est, per quam Substitu-
tus immediatè, & sine ministerio alterius Institui
hæreditatem testatoris consequitur. Indirecta,
quando directo hæredi ejusque fidei committitur,
ut hæreditatem tradat alteri: sitque verbis obli-
què ad Substitutum directis. f. eod. n. 5.

Directè Institutus cum substitutione indirecta,
vocatur *Fiduciarius*, sitque verus hæres, sicut & di-
rectè Substitutus, non item Fideicommissarius: &
ideo directè Instituto non adente hæreditatem fi-
deicommissam, regulariter fideicommissum cor-
ruit, quia supponit existere hæredem directum.
fol. 161. num. 7.

Substitutio directa subdividitur in Vulgarem,
Pupillarem, Exemplarem, Compendiosam, Reci-
procam, seu Breuiloquam. eod. Addi potest Mili-
tariæ Substitutio, facta Instituto ad tempus à mili-
te, ex privilegio specialî. n. 8. & seq.

Substitutio Vulgaris.

Substitutio Vulgaris est Substitutio, quæ secun-
dus hæres instituitur, collatâ Institutione in eum
casum, quo primò institutus hæres non fuerit.
f. 162. num. 10.

Quando ambiguum est, sitne facta Substitutio
Directa, an Indirecta, præsumitur Directa. f. eod.
num. 11.

S.

Substitutio in casum expressum, vg. *Nolentis*,
vel *Impotentis*, comprehendit casum non expres-
sum, nisi aliter constet aut præsumi possit de Vo-
luntate Testatoris. Itaque si Substitutio facta sit
sub conditione: *si Institutus noluerit esse hæres*, is
verò vellet quidem, sed non potest esse hæres, Sub-
stitutio valebit. fol. 162. num. 14. & seq. ubi re-
feruntur varij casus, in quibus Substitutio exten-
ditur ad casum non expressum.

Casus Impotentis & Nolentis hoc habet
commune, quòd uterque possit communi vocabu-
lo comprehendi. *Si non hæres*. f. 163. n. 20.

Cum Substitutio Vulgaris sit conditionata In-
stitutio: *si Institutus non sit hæres*. hoc ipso expira-
rat, si sit hæres: ad quod sufficeret, si hæredita-
tem non quidem petitione hæreditatis, sed bono-
rum possessione consequeretur. f. eod. n. 21.

Si tamen Institutus aditâ hæreditate non exe-
queretur intra annum voluntatem defuncti ex ne-
gligentia, privaretur hæreditate, & succederet Sub-
stitutus cavens de executione. f. 164. n. 22.

Substitutus non transmittit spem ad hæredes,
vg. si moriatur tempore deliberationis, & delibe-
rans hæres Institutus postea repudiet, non prodest
hæredibus Substituti, sed hæredibus ab intesta-
to. eod.

Substitutus vulgariter excluditur per transmissio-
nem jure sanguinis & jure deliberandi, sive ab
hærede suo, sive ab extraneo fiat transmissio. fol.
eod. n. 25. & seq.

Probabilius etiam hæres *suius* transmittit hære-
ditatem ultra legitimam relictam jure Suijatis, ex-
cluso Substituto. f. 165. n. 27.

In Substitutione filio facta, subintelligitur condi-
tio: *si sine liberis decesserit*. f. 83. n. 374.

Nolentis in Substitutione positæ sensus non
est purè negativus, quasi sufficiat, non habuisse
voluntatem, sed est positivus, ex intentione substi-
tuentis, nempe si Institutus positivè noluerit esse
hæres, repudiando hæreditatem. eod.

Si Institutus post aditam hæreditatem indignus
declatur, Substitutio non habet locum, sed Fi-
sco cedit. Si prius fuit repudiata, habet Substitu-
tio locum, nisi Repudiatio facta esset in fraudem
Fisci. f. 165. n. 29. & seq.

Substitutus excluditur à parte adente hæredita-
tem filiosam, delatam: etiam hoc in viro. f. 165.
n. 31. & seq. Excluditur etiam à Monasterio ca-
paci successione etiam per transmissionem, nisi
substitutus esset causa pia. f. 167. n. 41.

Substitutio vulgaris, quæ per additionem ab In-
stituto factam evanuit, per illius in integrum resti-
tutionem convalescit. fol. eod. n. 42.

Substitutio fortior est jure accrescendi, nisi de
contraria voluntate testatoris aliunde constet.
f. 168

S.

f. 168. n. 46. Procedit autem de quocunque ge-
nere conjunctorum. n. 47. & seq. Imò procedit
etiam in Substitutione vulgarî tacita, quæ in pu-
pillari expressa continetur. f. 169. n. 49. & seq.

Testamento ob præteritionem nullo, substitutio
vulgaris evanescit. f. 172. n. 59.

Substitutio vulgaris expressa continet tacitam
pupillarem. f. 174. n. 69. sed f. 181. n. 97. vide ca-
sum exceptum.

Substitutio Pupillaris.

Substitutio Pupillaris expiraret, si filius post
aditam hæreditatem decederet ultimo die anni
decimi quarti, nam hoc die jam est habilis ad te-
standum. f. 53. n. 241.

Substitutus pupillo pupillariter non potest adire
hæreditatem testatoris repudiatâ hæreditate pupil-
li. potest tamen repudiatâ hæreditate testatoris
(si filius pupillus ab ea abstinuit) adire hæredita-
tem pupilli, si habeat cohæredem, cui accrescat
sua portio; secus non possit, ne testamentum pa-
tris destitueretur, & per consequens etiam testa-
mentum pupilli. f. 155. num. 669. & seq.

Substitutio Pupillaris definitur: Substitutio
Directa & Simplex, quâ Testator libero impube-
ri in potestate ipsius constituto, neque per mor-
tem ipsius in alterius potestatem recasuro, hæredem
instituit, qui impuberi ipsi sit hæres. fol. 170.
num. 52.

Substituere potest Pater (non mater) in suo
testamento, quo simul facit testamentum impu-
berî. eod.

Hujusmodi testamentum aliquando dicitur esse
unum, aliquando duplex, ratione duplicis hære-
ditatis, & formæ unius. fol. 171. n. 53.

Etiam posthumo in utero existenti tempore
mortis potest pupillariter substitui, dummodo
esset in patria potestate nasciturus tempore mortis
patris. eod.

Si pater factâ pupillari substitutione profiteatur
in Religione capaci successione, sicque solvatur
patria potestas, substitutio pupillaris expirat, &
pupillo deinde in pupillaribus decedentibus succe-
deret hæredes ab intestato, pater & Monasterium.
Secus si profiteretur in Religione incapaci succe-
ssione, nam hæc Professio habet omnes effectus
mortis naturalis. Si per Vota Simplicita solvere-
tur patria potestas, tunc substitutio pupillaris ideo
evanesceret, quia testamentum patris necdum est
morte naturali aut civili confirmatum. fol. 171. n.
54. & seq.

Ut subsistat Substitutio pupillaris, non debet
pupillus mortuo testatore recidere in alterius pa-
triam potestatem. fol. 172. nu. 58.

Jure novo etiam si filius impubes esset prætoris,

tus, aut non Jure ex hæredatus, aut ex præteritione
alterius filij testamentum corruperet quoad insti-
tutionem, sicut tamen sustineretur quoad lega a
& fideicommissa, sic etiam quoad substitutionem pu-
pillarem. fol. eod. n. 59.

Non solum filij naturalibus legitimis, & nepo-
tibus in potestate existentibus, sed etiam arrogatis,
aut adoptatis, transeuntibus in potestatem adoptan-
tis, potest substitui pupillariter quoad illa bona, quæ
ab adoptante, aut ejus intuitu pupillus acquisivif-
set. f. 172. nu. 60.

Ut evanescat substitutio, debet ultimus annus
pupillaris esse completus per inchoationem ultimi
diei illius anni, quo jam potest ipse pupillus fa-
cere testamentum. fol. 173. n. 61.

Sine exceptione tenendum est, neminem paga-
num posse pupillariter substituiere non constituto
in sua potestate. fol. eod. nu. 62.

Substitutio pupillaris convalescit per superve-
nientem parriam potestatem, tanquam conditio-
nem sub qua facta est substitutio. f. eod. n. 63.

Solutâ patriâ potestate per supervenientem dig-
nitatem, probabiliter substitutio facta non evanes-
cit. fol. eod. nu. 65.

Si Filius, malitiâ supplente ætatem, acquireret
legitimam prolem ante pubertatis annos, evanes-
ceret substitutio pupillaris, secus non evanesceret,
sicut nec ob malitiam supplemtem ætatem posset ci-
tius testari. fol. 174. n. 66.

Si ex defectu Solennitatum testamentum est nul-
lum, substitutio pupillaris est nulla: si haberet quæ
sufficiunt ad testamentum inter liberos, & substi-
tutus etiam esset ex familia, valeret, secus, si esset
persona extranea. fol. eod. n. 67.

Substitutio pupillaris expressa continet tacitam
vulgarem, & contra. Unde, ut tota substitutio
evanescat, necesse est, ut Filius sui patris hæres
existat, & pubes fiat. Quod si hæres quidem exi-
stat, sed decedat impubes, Cajus non quidem tes-
tatoris, sed filio succedit in utramque hæreditatem
vi substitutionis pupillaris. Si verò filius non exi-
stat hæres, tunc substitutus erit hæres testatoris ex
substitutione tacita vulgarî. fol. 174. n. 69.

Econtra si substitutio fuisset expressa vulgaris,
contineret tamen tacitam pupillarem, & tunc suc-
cederet substitutus testatoris ex vulgarî expressa, si
filius non esset hæres: si verò esset hæres, sed de-
cederet impubes, hujus esset hæres substitutus ex
tacita pupillari. f. eod. n. 70.

Potest etiam verbis generalibus fieri substitutio,
quæ sit expressa tam vulgaris quam pupillaris.
Quod si ex duobus institutis unus tantum capax es-
set substitutionis pupillaris, & essent in vicem
substituti generalibus verbis, censerentur so-
lum ad invicem vulgariter substituti, & impuberi
nemo es-

nemo esset pupillariter substitutus, & sic in hoc casu substitutio vulgaris non contineret pupillarem, quia presumitur pater noluisse inaequalem substitutionem facere. fol. 175. nu. 72.

Substitutio Pupillaris facta illi, cui fieri non potest, ex praesumpta voluntate testatoris adhuc valeret in vim Substitutionis vulgaris. f. eod. n. 73.

Si Substitutio Pupillaris quae talis est invalida, interest, ex quo capite sit invalida, an ex defectu solennitatum, an ex defectu personae substituentis, vel illius cui substituitur, ut constare possit an habeat vim fideicommissi. Affirmandum enim est, si inutilitas praecise provenit ex primo capite, item, si quidem ex secundo capite, Substitutio tamen facta est in Codicillo, & non in Testamento, tali casu, si is, qui fuit haeres institutus, & cui pupillariter substitutum est, intra pupillarem aetatem decedat, debent ipsius haeredes ab intestato venientes restituere omnia Substituto, (deducta Trebellianica) quae ex bonis Testatoris ad talem pupillum haereditario jure pervenerunt. Si vero inutilitas substitutionis proveniat ex secundo capite, & est facta in testamento valido, tunc non habet vim fideicommissi, sed praecise convertitur in Substitutionem vulgarem. f. 176. n. 74.

Substitutus pupillariter sive in primo sive in secundo gradu, hoc est, si substitutus in primo gradu haeres non sit, succedit in omnia bona pupilli undecunque acquisita. fol. eod. n. 75.

Si tamen facta esset duplex substitutio pupillaris, quamvis dicendum videretur, quod deficienti primo gradu ad substitutum secundo gradu pervenire deberent bona instituti, etiam si jam consecutus esset bona substituti in primo gradu, at tamen in lege 47. ff. h. t. contrarium respondetur. fol. eod. n. 76.

Quamvis impubes hereditatem paternam imprudenter adierit, quia tamen substantia patris cum substantia filii in unum patrimonium confusa est, non potest quidem substitutus pro libitu hereditates separare, & una repudiata alteram adire, potest tamen ut beneficio restitutionis ad se a filio tanquam ad haereditatem tranfinito. fol. 177. n. 77. & seq.

Si pupillus hereditatem paternam repudiet, & in pupillari aetate decedat, an adhuc substitutus admittatur, distinguendum est. Si enim Pupillus nullum habuit cohæredem, tunc tabulae pupillares sustinentur Jure Suietatis, vi cuius ipso jure fuit haeres absque additione. Si vero habuit cohæredem extraneum, tunc interest, an ambo repudiaverint hereditatem, tunc enim censeretur Testamentum desitutum (nisi ipse Substitutus ob vulgarem tacitam adiret) & Substitutio evanesceret, nec Jus Suietatis prodesset. Pater tamen servaret Pupillo Substitutum, si hereditas adiretur ab intestato. Si vero cohæres adiret, tunc Sub-

stitutus volens succedere Pupillo, etiam consequeretur portionem paternam, & adire cogeretur. f. 177. n. 79. & seq.

Per Substitutionem pupillarem expressam alicujus extranei, etiam verbis generalibus conceptam, excluditur mater etiam quoad legitimam per Substitutum. f. 178. n. 81. & seq.

Item per vulgarem tacitam excluditur ab hereditate mariti, qui nihil tenetur uxori relinquere. fol. 180. n. 89. Imò probabilius etiam mater Testatoris excluderetur, ob similem rationem, quia Testator non tenetur suæ matri relinquere legitimam, quando habet descendentes. n. 90.

Si Substitutio est tantum tacita pupillaris, tunc ex praesumpta voluntate Testatoris excluditur mater, si vel causa pia pro bono animæ defuncti, vel aliquis descendens, aut valde conjunctus, ut frater, est substitutus. fol. 179. num. 87. & seq. Cessante hujusmodi praesumptione, probabilis quidem & tuta sententia est Substitutum à matre quoad legitimam excludi, quando tantum Pupillaris tacita est Substitutio facta: sed theoreticè probabilis est, matrem à Substituto excludi secundum praesumptam voluntatem Testatoris, quia tacitum & expressum eandem vim habent, quando leges non resistunt. f. 180. n. 91. & seq.

Pupillaris Substitutio expirat 1. Si pater patrium maximam capitis diminutionem. 2. Si fecit novum Testamentum omnia substitutione. 3. Si is, cui Substitutum est, fiat pubes. 4. Si arrogatus vel adoptetur ab ascendente. 5. Si Substitutus ante Pupillum decedat. 6. Si desinat patria potestas ante mortem Testatoris. f. 181. num. 98.

Exspirante Substitutione Pupillari per supervenientem pubertatem, non propterea expirat tacita Vulgaris, adeoque repudiante filio hereditatem patris Substitutus omnibus praefertur, utpote quem Testator praeter omnibus dilexit excepto filio. f. eod. num. 99.

Substitutio Pupillaris non restringit vulgarem, vel ad summum restringit negativè: Si haeres non erit intra pubertatem, quæ conditio impletur adhuc, etiam si Pupillus veniat ad pubertatem, & hereditatem repudiet. f. 182. n. 100.

Clauſula illa, seu conditio: si intra pupillarem aetatem decesserit, pertinet solummodo ad hereditatem Pupilli obtinendam, si conditio existat, non autem pertinet propriè ad vulgarem, cuius unica & propria conditio est: Institutum non esse haereditatem. n. eod.

Quandocunque filius institutus abstineat, repudiatio retrotrahitur ad tempus mortis Testatoris: & sic semper fingitur facta repudiatio infra tempus aetatis pupillaris; fietque locus Substitutioni vulgari tacitæ. f. 182. n. 101.

Si Paganus ultra annos pubertatis substitueret, valeret

valeret Substitutio usque ad annos pubertatis. Quodsi intra minorem aetatem, v.g. ad decimum annum substituat, elapso illo tempore evanescit Substitutio. f. eod. n. 103.

Substitutio Pupillaris hoc modo concepta: Quisquis mihi haeres fuerit, sit & filio meo impuberi haeres: evanesceret deficientibus haeredibus in testamento scriptis, nam ad hos solos extenderetur Substitutio ex mente Testatoris. eod.

Substitutio Exemplaris.

Substitutio Exemplaris (quæ etiam quasi pupillaris dicitur) est Substitutio simplex & directa, quæ pater aut mater, aut alius ex ascendentibus, liberis, futiosis, mente captis, haeredes substituit. 183. n. 104.

Jus ita substituenti conceditur in lege 9. C. de Impub. Substit. ubi humanitatis intuitu parentibus indulgetur, ut si filium, nepotem, vel pronepotem, cujuscumque sexus, habeant mente perpetuo captum, liceat illis, relicta legitimâ portione, substituire haereditatem, nisi respiciant. Et quidem si illis nulla proles descendit, licet substituire quemcumque. Si vero ex hujusmodi mente capto descendentes supersint sapientes, aliqui ex his, unus vel plures substituenti sunt. Quodsi ipsi testatori sint liberi sapientes, non item mente capto, aliquis vel plures ex fratribus substituenti sunt. eod. Extenditur etiam ad furiosos, utpote qui plus quam mente capti sunt. n. 105.

De Mutis & Surdis à natura. cum vix videantur differre à mente captis, idem concedi potest. eod. De prodigis videtur negandum, cum laborent vitio voluntatis, idem negandum de surdis & mutis, qui ipsi possunt testari. f. 183. n. 106.

Si tamen pater quam mater Substitutionem facerent, communior quidem est opinio, Substitutionem matris corruiere, ne quis paganus cum duobus testamentis decedat, quod jura generaliter non permittunt, nisi militi. Verum in casuposito hoc non est magis inconveniens concedere, quam quod amentis partim testatus, partim intestatus decedat, quia pater in solis bonis paternis substituire potest. Cum ergo matri sit facta potestas etiam vivo patre substituenti, & humanitatis sit, filium posse in omnibus bonis habere haereditatem, probabilis est, utramque Substitutionem valitum, ita ut Substitutus à patre consequatur bona paternam, Substitutus à matre bona maternam, cætera aequaliter dividerentur. f. 184. n. 107. & seq.

Deficientibus descendentibus & fratribus, nulla est obligatio patris, ut substituat matrem, vel contra mater matrem, ne quidem quoad legitimam, sicut dictum de Substitutione Pupillari, quam Exemplaris imitatur, exceptis illis, quæ per leges excipiendi sunt. fol. 185. n. 101.

Ratio favendi fratribus præ parentibus, esse poterat, quod illi plerumque diutius ferre debeant molestias amentis fratris. eod.

Probabiliter tenetur pater substituire consanguineos præ uterinis, & contra uterinos, si nolint substituire omnes. eod.

Non solum puberibus, sed etiam impuberibus amentibus, potest exemplariter substitui, ob majorem commoditatem hujus, quam Pupillaris Substitutionis. fol. 185. n. 113.

Potest substitui exemplariter legitime exheredato amenti, sicut dictum est posse substitui pupillariter. f. 185. n. 114.

Filio tamen non legitimo non potest exemplariter substitui, sicut nec pupillariter. f. 186. n. 115.

Si pater amenti filio, ex quo existant nepotes substituit exemplariter, probabilius debet descendentes saltem legitimam relinquere, quos non substituit, cum sint jam aliquo modo domini bonorum paternorum. f. 186. n. 117.

Si pater filio amenti non reliquisset totam legitimam, locus non esset querelæ ad totam Substitutionem evertendam, sed ad supplementum agi posset.

Lucida intervalla non tollentia penitus amentiam, non evanescunt Substitutionem, nisi in illis ipsæmet testamentum fecisset. debet ergo fieri probabile, quod amentia sit radicatus sublata. f. 187. num. 121.

Substitutio Exemplaris generalibus terminis concepta, continet tacite alias substitutiones, si subjectum earum capax sit. num. 122. Si vero expressè diceretur: si in amentia decesserit: tunc redeunte mente evanesceret Substitutio Pupillaris & Exemplaris, non tamen vulgaris. n. 123.

Substitutio Fideicommissaria.

Est Substitutio simplex & indirecta, quæ haeres ab intestato vel testamento institutus, gravatur alteri restituere hereditatem, vel quotam illius. fol. 188. n. 125.

Cum Fideicommissum accipiendum sit ab eo, qui verè est haeres fiduciarius, evanescit hæc Substitutio, si nemo velit esse haeres (excepta forte causa piâ. n. 127.) Nam ante aditam hereditatem Substitutus non habet jus absolutum. Item corrumpitur, si fiduciarius moriatur ante aditam hereditatem, item si Fideicommissarius moriatur ante fiduciarium, nec habet alium in secundo gradu substitutum, nisi tranſmittat ad suos haeredes. fol. eod. num. 125.

Substitutus etsi accipiat hereditatem à fiduciario, non dicitur tamen huic succedere, sed Testatori mediante officio haereditatis. fol. eod. n. 126.

Si Fidei-

Si Fideicommissum relinquatur familiae, in qua per varios gradus succedunt, v.g. in Majoratu, tunc primus quidem substitutus accipit fideicommissum ab herede, ceteri vero post primum accipiunt immediate à primo Testatore vel Institutore, propria auctoritate, & sine ministerio praecedentis, adeando per se hereditatem instar proprii heredis, & non ut Fideicommissarius, & ideo solus primus detrahit Trebellianicam. eod.

Fideicommissum potest non solum in testamento, sed etiam in Codicillo, & ab intestato relinqui, item in Epistola, libello, imò solo nutu sine verbis formalibus. f. 189. n. 128.

Non potest indirectè substitui, nisi illi, qui possent institui directè, ne lex reddens institutionis incapaces frustretur. fol. 189. n. 129.

Fideicommissum potest relinqui restituendum ex certo die. fol. eod. n. 130.

Non requiruntur verba deprecatoria, sed fieri potest quibuscumque significantibus voluntatem obligantem ad restituendum. f. eod. n. 131.

Restituta hereditate, is qui restituit, nihilominus haeres permanet, quod in realitate aliud non est, quam quod ipse possit adhuc actionibus directis conveniri, quamvis eas possit exceptione facta restitutionis elidere, quam si negligeret, & solveret, possit solum repetere à fideicommissario. f. eod. n. 132. & seq.

Fideicommissarius dicitur aliquando esse loco heredis, nempe quando restituta hereditate conveniunt illi activè & passivè actiones hereditariae. Si res aliqua particularis fuit restituenda, habetur loco legatarii. eod.

Senatusconsulto Trebelliano constitutum est, ut si hereditas ex causa fideicommissi restituta est, actiones, quae heredi & in heredem competebant, omnes in fideicommissarium activè & passivè transferrentur. eod.

Fideicommissio non comprehenditur res particularis praegrata heredi fiduciario. eod.

Fideicommissio gravari possunt omnes, ad quos aliquid perventurum est morte Testatoris relinquentis, vel saltem non adimentis quantum in se est. Unde filius praeteritus aut exheredatus non potest gravari Fideicommissio, etiamsi hereditatem, rescisso testamento consequatur, quia contra affectum patris consequitur hereditatem. fol. 190. num. 134.

Non solum res propria Testatoris, sed etiam res aliorum, imò eorum qui gravantur, possunt per Fideicommissum relinqui, dummodo non plus graventur, quam honorentur. f. 190. n. 135.

Iustus restituere portionem suam, debet etiam praegrata restituere, nisi addatur: *Hereditariam*. Quod si solum restituere jubetur, praegrata probabiliter non comprehenduntur, quia restitutio

consequitur respondere institutioni ex intentione Testatoris. f. 191. 136.

Si haeres sponte restituit totam hereditatem, ne quidem Trebellianicà detracta, ab omnibus oneribus liber est. Si recuset adire hereditatem, cogitur adire, & negatur Trebellianicæ. num. 137. Quamvis probabile sit, jure novo cogi non posse, quia hereditas statim defertur ipsi Fideicommissario. f. 254. n. 381.

Potest Substitutio fieri etiam primo, secundo &c. fideicommissario. sed solus primus detrahit Trebellianicam, nisi neglexerit. f. 191. n. 138. Vide: *Trebellianicæ*.

Neglectis Solennitatibus requisitis ad probandum Fideicommissum, si haeres sciat voluntatem defuncti, & neget suæ fidei aliquid commissum esse, potest illi Fideicommissarius juramentum deferre, praestito prius juramento calumniae, & si jurare recuset, habetur pro confesso, & restituere cogitur, sicut etiam, si, postquam prius negavit, deinde confessus est: sicque permittitur in propria causa esse iudex & testis. Est ergo hoc singulare: cum aliquo, qui nihil probavit, juramentum deferre non possit, & delatum possit referri. f. 191. n. 139. & plura de hoc in materia de Juramento. To. 5.

Probabile tamen videri possit, quod ante Iudicis sententiam non teneretur in conscientia restituere, quod ex legibus colligitur, in penam praecedentis negationis cogi ad restituendum. Nisi inter ipsum & Testatorem pactum intercessisset, tunc enim in conscientia obligaretur restituere. fol. 192. n. 140.

Probabilissimum tamen distinguendum est inter heredem ab intestato, & eum qui honoratus est in testamento. Prior, si nolit obligari ad restituendum fideicommissum, adhuc succedet ab intestato, cum hereditatem à lege accipiat: ergo non apparet, unde absque pacto obligetur in conscientia: quin potius non obligari videtur supponi in lege 23. C. de fideicom. Secundus obligatur in conscientia, quia voluntati defuncti non contradicendo, consentire censetur in obligationem ad fidem servandam. fol. 193. n. 142.

Si Fideicommissum relictum est simpliciter, & statim ab adita hereditate restituendum, Fideicommissarius mortuus postquam dies cessit, transmittit ad haeredes, secus, si relictum est sub conditione futura, & mortuus est, antequam dies cessit. fol. eod. n. 143.

Si filio per fideicommissum extraneo relictum gravato, postea praeter spem liberi nascerentur, substitutus à liberis excluderetur ex praesumpta voluntate Testatoris, secus si causa pia sit, & sumpta, hoc est, ad salutem animæ promovendam substituta esset. f. eod. n. 144.

Admonitus si per annum distulerit, aufertur illi lucrum, & cedit alijs. f. 194. n. 146.

Non

Non potest Fideicommissarius ante factam sibi restitutionem jus suum alteri cedere, aut vendere, aut donare &c. ad hunc finem, ut ille tertius possit compellere heredem gravatum, ut adeat hereditatem, & sibi Fideicommissum restituat, utendo remedijs Fideicommissario concessis. Neque transferuntur actiones in Fideicommissarium, casu quo illi haeres restituat ante diem cessum. f. 194. num. 147.

Non expirat substitutio, etiamsi haeres decedat ante aditam hereditatem, si decessit post Iustum seu Decretum Iudicis, adeoque haeres heredis tenetur adire & restituere. Quando autem transmittitur hereditas gravata ad haeredes, seu Jure Suiatis, seu sanguinis, seu delibandi, cum suo onere transmittitur. f. 195. n. 148.

Modi restituendi Fideicommissum, recensentur in lege 37. ff. à Trebell. v.g. permittendo reipsa rem possideri, verbo, epistola, restituendo alteri ex voluntate Fideicommissarii. §. 1. C. eod. si haeres decedat sine herede, aut contumaciter ab sit, ipso jure actiones transferuntur. f. 195. n. 149.

Restitutio non realis transfert quidem dominium, sed non possessionem, competitque ad eam à possessore particulari consequendam Fideicommissaria hereditatis petitio. Semel adeptà possessione, & iterum amissa, competit utilis rei vindicatio. f. eod. n. 150.

Fructus collecti vivo Testatore & reperti tempore mortis, & pendentes, sunt Fideicommissario restituendi: item percepti post factam restitutionem verbalement vel quacumque sine possessione. Percepti ab herede solum gravato sub conditione aut in diem, fructus interim perceptos haeres computat in Trebellianicam, sed superfluos lucratur, quos tamen non lucratur, si tardavit restituere. Si sponte adivit hereditatem, Fideicommissarius autem neglexit petere restitutionem, non sunt restituendi fructus: si vero coactus adivit, percepti jacentes hereditate restituendi sunt. f. eod. n. 151.

Si Fideicommissum ita relictum sit, ut restituatur, quidquid tempore mortis supererit, non tenetur restituere plus quam quartam Jure novo, & si hanc restitueret etiam in vita, & cetera omnia conservaret, ad nihil amplius teneretur. Imò & quarta haec diminui possit ex causa doris seu propter nuptias donationis, seu captivorum redemptionis, vel si non habeat haeres, unde faciat expensas. f. 196. n. 152.

Pars cohæredis non gravati non accrescit heredi gravato, sed Fideicommissario. f. eod. n. 153.

Si quid restituenda hereditatis percat, non tenetur haeres, nisi de culpa lata. f. eod. n. 154.

Jus Sepulchrorum non transfertur in Fideicommissarium. fol. eod. n. 155. bene tamen Jus Patronatus seu presentandi ad beneficium. 156.

Christ. Haun. Repert.

Facta duplici Substitutione, vulgari & fideicommissaria, penes Substitutum est electio, potestque heredem cogere, ut adeat hereditatem ex praesumpto favore Testatoris, qui vulgarem substitutionem videtur solum adiesse in casum impotentiae, casum vero Noluntatis videtur voluisse excludere per substitutionem fideicommissariam. f. 197. n. 158.

Si filio heredi instituto substitutus sit nepos tunc existens, si deinde nascantur alij nepotes ex eodem, quoad excessum ultra legitimam, ex circumstantijs capienda est conjectura, an testatus voluerit substitutionem ad priorem nepotem, forte ob praeralam ejus indolem, vel quid simile, restringere. fol. eod. n. 159.

Pluribus heredibus in partibus inaequalibus institutis, & invicem substitutis indirectè, censetur ex praesumpta voluntate restitutio facienda secundum proportionem inaequalium partium relictarum. eod. & seq.

Substitutio Breviloqua, seu Reciproca.

Definitur: Composita multarum personarum ad invicem seu reciproce Substitutio. Est enim complexum quoddam ex pluribus substitutionibus simplicibus, paucis verbis expressa. Dicitur Reciproca, quasi retròducta, repetita & reflexa inter personas, per ordinem ad quas multiplicatur, absque respectu ad diversa tempora, qualis est Compendiosa Substitutio. f. 198. n. 161.

Requiruntur verba ejusmodi, quibus significetur, haeres institutos sibi invicem substitui in casum Noluntatis, aut impotentiae. fol. eod. n. 162.

Ex qualitate personarum substitutarum colligendum est, quales substitutiones simplices complectatur Breviloqua. fol. eod. n. 163.

Quandoquidem verbum, *Substituto*, recipit tam sensum directam quam indirectam substitutionis, ideo in casu quo substitutio vulgari inutilis esset, censetur contineri substitutio fideicommissaria inter cohæredes extraneos. Potest ergo Substitutio Breviloqua plures substitutiones simplices continere, adeo, ut si v.g. quatuor filij impuberes sibi substituerentur, possent contineri 32. substitutiones. eod.

Illæ tamen substitutiones non continentur, quarum unus ex institutis solus capax est. fol. 199. n. 144. comparatus cum incapaci. n. 145.

Propter similitudinem inter pupillarem & exemplarem substitutionem, si impubes & mente capax invicem substituerentur, tam pupillaris ex parte pupilli, quam exemplaris ex parte mente capri subintelligeretur. fol. eod. n. 166.

Si in eodem testamento fiant plures ordines heredum, v.g. duo instituuntur in Sextante, duo in Triente, duo in Semille, & addatur: *Et hos invicem substituo*: praesumitur voluisse tantum respectu

Le Civè sub-

divē substituere illos, qui in eodem ordine instituti sunt. fol. eod. n. 168.

Si duobus simul legatur res certa, adjectā clausulā, ut ultimō decedens rem illam alteri restitueret, conferentur legatarij quoque invicem substituti. fol. 200. n. 169.

Si duobus institutis aliquis communis substituitur, tunc, si instituti sunt liberi, censentur invicem sibi substituti, cum exclusiōne substituti communis, secūs, si extranei. f. eod. n. 170.

Substitutio Compendiosa, & Militaris.

Est Substitutio, quæ plures quoad diversa tempora substitutiones complectitur, verbis saltem generalibus expressas. f. 201. n. 171. Dicitur completi plura tempora per vocem: *Quandocunque decesserit*. quod est intelligendum cum respectu ad conditionem & qualitatem personæ, à qua dicitur aliud tempus Impuberatatis, aliud Pubertatis, aliud amentie, aliud sanæ mentis, aliud mortis. eod. ubi exemplum.

Privilegium Militis est, quod possit hæredi à se instituto, quicumque ille sit, substituere directè, & etiā ad tempus quod illi placuerit, itā, ut etiā si dicat: *post tempus*. Substitutio tamen sit directā: & hæc est maximè propria substitutio compendiosa. f. 201. n. 172.

Valere autem in illis tantum bonis, quæ ab ipso testatore proveniunt. n. 173. ubi vide exemplum.

Per substitutionem directam pueri filio factam à milite, probabiliter excluderetur mater. fol. 202. num. 175.

Substitutio extensa ad plura tempora, potest fieri tripliciter. 1. per generalitatem verborum: *Quandocunque morietur*. 2. per specialitatem. *Instituto filium, & substituo Titium vulgariter, pupillariter, exemplariter, & fideicommissariè*. 3. tacitè. *Si filius meus morietur, hæres sit Titius*. fol. 202. n. 177.

Verba obliqua nunquam sunt directā, licet recta quandoq; obliquentur, & ideo substitutio compendiosa per verba obliqua nullam continet substitutionem nisi fideicommissariam: nisi forte causa pia esset substituta. f. eod. n. 178.

Si Substitutio compendiosa fiat terminis directis civilibus, (hoc est non communibus) hoc modo: *Quocunque tempore filius decesserit, sit hæres Cæjus*: præsumendum de jure est, quod non voverit Testator gravare hæredem ab intestato fideicommissio, ne quidem quoad propria sua bona, in quibus filius hæres existit post pubertatem, & cum suis bonis confudit, adeoque non continetur substitutio fideicommissaria. Aliud dicendum, si verbis communibus usus esset. fol. 202. num. 179. & seqq.

Imò nec tunc videtur directā substitutio obliquari, quando facta est substitutio cum clausula: *Si filius sine liberis decesserit*: sed Testator videtur

solum prospicere velle casui, quo hæreditas nec agnita, nec ad filios transfusa esset. f. 203. n. 185.

Substitutus compendiosè in re certa, per verba communia, *si filius sine liberis decesserit*: Substitutus habetur instar Legatarij. Si verò per verba civilia directā fuit filius institutus in re certa, si filius sine liberis decedat, nec sit hæres, substitutus totam hæreditatem consequetur, parte trahente ad se totum. f. 204. n. 186.

Si pupillo fuerint duo substituti, unus per verba directā in re vel portione certa, alius verò substituitur per verba obliqua in omnibus bonis, primus accipiet totam hæreditatem, sed secundo restituet, detractā Trebell. f. 204. n. 188.

Si quis sit pupillariter substitutus per verba obliqua in re certa, & alter substitutus in alijs bonis per verba communia, hæc trahitur ad omnia bona, & verbum commune directabitur, cum nullus alius sit hæres. f. eod. n. 189.

Si filio habenti cohæredem, sint duo substituti, Titius in re certa verbis obliquis, Cæjus etiā in re certa verbis communibus, substituti rediguntur ad Fideicommissum, & cohæres solvet substitutis fideicommissum. Secūs, si nullus cohæres datus esset. f. eod. n. 190.

Si impuberi substituitur Titius in re certa verbis directis, Cæjus verbis communibus, Titius erit hæres universalis, Cæjus instar Fideicommissarij, obliquo verbo communi. f. eod. n. 191.

Si Testator instituit pupillum cum Clausula: *si morietur sine liberis, vel liberi ejus (nepotes) sine liberis, restituantur bona sua Titio Jure fideicommissi*, censentur etiā Nepotes honorati, & instituti hæredes, quia gravantur restituere. fol. eod. n. 192.

Successio Legitima, seu ab Intestato.

Tomo 1.

Carenti Hæredè Testamentario succeditur ab illis, qui, & quo ordine à Lege vocantur, & ideo successio Legitima dicitur. f. 470. n. 388.

Successionis ab intestato mira fuit olim varietas constituta, quæ refertur fol. eod. num. 392. & seqq.

Jure Moderno sunt tres præcipui ordines, primus Descendentium, secundus Ascendentium, tertius ex latere conjunctorum, attento semper gradu viciniore, & secundum Jus civile numerantur & colliguntur tam gradus quibus unus distat à communi trunco, quam quibus alter distat. fol. 471. n. 398.

Successio Descendentium.

Descendentium Legitimorum prima ratio habetur, exclusis omnibus ascendentibus & lateralibus, quantumvis gradu propinquioribus. f. 472. n. 400.

Descen.

Descendentes in eodem gradu, succedunt in partes vitiles seu capita. f. eod. nu. 401. Defuncti tamen immediati proles gaudet Jure representationis sui parentis, succedendo in stirpes. n. 403. Imò eodem Jure gaudent etiā abnepotes, & ultra. f. 473. n. 407. & seqq. ubi n. 413. declaratur utilitas hujus rei in fideicommissis.

Successio etiā tunc fit in stirpes, quando mediati descendentes sunt in eodem gradu ex diversis descendentibus. f. 474. n. 414.

Nepos succedit Avo, etiā si post ejus mortem conceptus sit. f. eod. n. 416. & seqq. ubi referuntur casus, quibus hoc moraliter contingere potest.

Filio ab hæreditate abstinente, adhuc Nepos Jure sanguinis succedit, exclusis ascendentibus & lateralibus, non obstante, quod pater maneat civiliter hæres. f. 475. n. 423. & seqq.

Germanie consuetudo habet, ut femina Nobiles contenta dote renuntiet successioni in favorem fratrum. f. 476. n. 426.

Legitimati per subsequens Matrimonium succedunt sicut legitime nati. f. eod. num. 427. vide etiā *Legitimatio*. Ut verò Legitimati Rescripto Principis succedant, debuit pater habuisse justam causam non legitimandi per Matrimonium, debet carere liberis legitimis, & legitimandi debent consentire. nu. 428. Non excluduntur tamen à liberis post Legitimationem natis. nu. 429. Non comprehenderentur tamen Statuto, quo masculi excluderent feminas, sed cum feminis æqualiter succederent. f. 477. n. 432. Neque juvenentur, etiā si Princeps diceret, se legitimare quoad Statuta. n. 435.

Adoptatus specificè etiā ab extraneo, succedit durante adoptione æqualiter cum legitime natis. f. 478. Ab ascendente adoptatus, succedit non obstante emancipatione. n. 437. Adoptivus retinet simul Jus succedendi patri naturali. n. 438. vide etiā Adoptio.

Arrogati durante arrogatione, succedunt sicut legitime nati, sine causa justa emancipati in quartam partem. f. 478. n. 440.

Adoptivi non admittuntur ad successionem Agnatorum & Cognatorum defuncti. f. eod. nu. 441.

Si defunctus nec legitimos, nec uxorem legitimam reliquit, sed naturales ex concubina, hi succedunt unā cum matre in duas uncias, dividendas in capita. f. eod. n. 444. Neque ab hac successione excluderentur à Legitimatis rescripto Principis, aut Adoptivis. f. 479. n. 445. In his duobus uncis nepos illegitimus non succederet avo, ne quidem Jure representationis, inspectis apicibus Juris, ex æquitate tamen fortè esset admittendus. f. eod. n. 449. & seqq.

Christ. Haun. Repert.

Ec 2

In suc-

Filius illegitimus succedit matri (etiā Illustri si de patre constet) æqualiter cum legitimis ex eadem matre natis. Item in bonis aliorum ascendentium per lineam maternam. f. eod. nu. 451. & seqq.

Spurij Canonice sumpti nullis ascendentibus succedunt, quamvis illis debeantur alimenta, sine quibus vitam sustentare non possent. f. 480. num. 454.

Successio Ascendentium.

Deficientibus descendentibus, succedunt ascendentes tam lineæ masculinæ, quam femininæ suis descendentibus tam emancipatis quam non emancipatis, etiā legitimatis rescripto Principis & Adoptivis: mater filio naturali illegitimo, etiā posthumo. f. 481. n. 457. ubi casus n. 460.

Pater Adoptivus extraneus non succedit adoptario. f. 482. nu. 461. Nec Arrogator arrogato impuberi decedenti. 462.

Mater non providens ex debito Tutore impuberi, non succedit impuberi. f. eod. n. 463.

Si parentes primi gradus supersint, & soli existant, nullis existentibus fratribus, succedunt æqualiter. f. eod. n. 464. & quidem etiā in illis bonis, quæ ab una sola linea profecta sunt. f. 483. n. 466. & seqq.

Succedent simul Patre & Matre, Pater non consequitur Usumfructum illius portiois quæ matri cedit, nisi quantum prius habuit. f. eod. n. 471.

Ex Ascendentibus propinquior excludit remotiorem, nullo Jure representationis admisso. fol. 484. n. 473.

Concurrentes in ulteriore gradu, succedunt in Stirpes. f. eod. n. 475.

Ascendentes non excludunt fratres Germanos, sed hi cum illis succedunt in capita. f. eod. n. 476. Excludunt tamen consanguineos & uterinos. nu. 477.

Existentibus ascendentibus, fratribus aut sororibus, & insuper alicujus fratris defuncti filijs, hi quoq; cum ascendentibus & fratribus concurrunt, sed solum in stirpes, & probabiliter etiā succedunt cum ascendentibus, quando nulli fratres existunt. f. 485. n. 478. & quidem in stirpes. num. 480. Nepotes tamen ex fratre penitus excluduntur. n. 483.

Quando Fratres cum ascendentibus concurrunt in diverso gradu existentibus, tunc hi non amplius in stirpes, sed in capita succedunt. f. eod. n. 481. idem videtur dicendum, si nulli fratres existant, sed filij fratrum, non obstante, quod hi succedant in stirpes. f. 486. n. 482.

Frater naturalis non excluditur à Matre, sed cum ea æqualiter succedit. eod.

In successione ascendendum semper subintelligenda est limitatio, quâ parentum ad secundas nuptias transiuntium successio in bonis provenientibus ex priore Matrimonio restringitur. f. 486. n. 484. Vide, *Nuptie secunda*.

Successio Transversalium.

Primo loco succedunt fratres & sorores ex eodem patre & matre conjuncti, h. e. Germani & Germanæ, unâ cum ascendentibus, excluduntque fratres & sorores ex uno tantum latere junctos. f. 487. n. 487. Et ita esset accipiendum Statutum, quo masculi feminas excluderent, ut consanguineus aut uterinus non excluderet sororem germanam, sed solus frater germanus. n. 488. Procedit Regula etiam de fratribus naturalibus, qui excluderent fratrem consanguineum. 489.

Cum fratribus Germanis concurrunt filij alieni Germani desinunt Jure representationis. fol. eod. n. 491. Hi excludunt agnatos & cognatos in eodem licet gradu existentes, v. g. patrum, avunculum &c. f. eod. n. 492.

Nullis Thijs seu Theois (hoc est patruo vel avunculo, matertera aut amita defuncti) aut fratribus existentibus, filij fratrum defunctorum succederent in capita. f. 488. n. 496. quod etiam probabiliter dicendum, quando excludunt Thios existentes, nullis existentibus fratribus. f. 490. n. 510.

Nullis Germanis existentibus succedunt fratres & sorores ex uno tantum parente conjuncti, & ceteris (etiam patris) defuncti conjunctis præferuntur. f. eod. n. 511.

Fratres Naturales ex parte tantum conjuncti, non succedunt invicem ab intestato. f. 490. num. 513.

Fratres adoptivi ab extraneo, non succedunt adoptantis filijs naturalibus. eod. Quando ex uno tantum latere conjuncti, nempe consanguinei & uterini, succedunt fratri. non est facienda bonorum à patre & matre profectorum divisio, quod quidem Jure Bavarico certum, Jure communi probabilius. f. 491. n. 514. & seqq.

Deficientibus fratribus, fratrumque liberis, vocantur promiscue ceteri collaterales agnati & cognati, observata gradus prærogativa: succeduntque in capita, sublato Jure representationis, differentiaque superiorum vel inferiorum collateralium. f. 492. n. 520.

Duplex vinculum in his non operatur, utriusque duplex persona succedat in duas partes, sed in unam. fol. 493. n. 521. ubi casus. Probabilius est, hanc successione extendi sine termino, sicut successio descendendum. fol. eod. n. 523. & seqq.

Successio Conjugum.

Deficientibus latera libus succedunt invicem conjuges in solidum de Jure communi, nisi pactis dotalibus aliud conventum sit. fol. 493. n. 525.

S.

Si mulier nullam aut exiguam dotem attulit, nec, mortuo viro, habet unde aleretur, admittitur ad successione cum liberis hac ratione, ut succedat in quartam, si liberi non sint plures quam tres, si plures, in vitium portionem, ut tamen ipsam liberis proprietatem servet: legata imputantur in hanc portionem. fol. 494. n. 526.

Successio Fisci.

Nemine Jus succedendi præcedente, sit Proclamatio, & claspio termino præfixo sicut Bona vacantia, eaque Fisco cedunt, non nomine seu titulo hereditario, sed Jure Superioritatis, unâ cum oneribus. fol. 495. n. 530.

Indignorum etiam portio Fisco cedit. Qui autem sint de Jure indigni, vide, *Indigni*.

Suitas.

Tomo 2.

Suitas est Hæredum qualitas, qui primum in potestate patria locum tenent, continuationem domini, necessitatemque successione ipso Jure inducens. f. 85. n. 379.

Suitas etiam Posthumis convenit, fingente Jure, quod fuerint in patria potestate. f. eod. n. 380.

Eadem fitione Juris retinet filius Suitatem factus Episcopus aut Religiosus. n. 381.

Suitas probabiliter convenit Nepoti posthumo concepto vivo avo, & post mortem patris nato. eod.

Suitatis Jus quousque conveniat emancipatis, vide, *Emancipatus*.

Surdus.

Tomo 2.

Surdus & Mutus à natura, neque Testamentum facere, nec Codicillos, nec fideicommittere, nec mortis causâ donare potest, nec manumittere. Si per accidens talis factus est, & literatus est, potest Testamentum & cetera scribendo perficere. Si solum est surdus, potest articulatè loquendo testari &c. Si solum mutus, etiam à natura, modò scribere sciat, eadem potest. f. 54. n. 244.

Suspicio.

Tomo 5.

De Suspicionis causa, ob quam Juxta delegatus recusat, judicare debent non recusat, habentes Jus procedendi sine recusatò, alioquin ad arbitros recurrendum est. Si recusat Delegetus Episcopi, ad Episcopum spectat judicare. f. 30. n. 132.

Sustratio.

Tomo 1.

Sustratio fit, quando quis lædit famam apud tales personas, apud quas per consequentiam læditur pax, concordia, charitas. Tenetisque Sustratio ad restitutionem non solum famæ, sed etiam pacis, concordia &c. Et est peccatum specie distinctum à simplici detractioe seu diffamatione. f. 170. n. 525.

Syndicus.

S.

Syndicus. Syndicatus.

Tomo 4.

Est ille, qui ab aliqua Communitate, aut Collegio, Republica aut Civitate mandatum accipit. fol. 210. n. 655. & to. 5. fol. 167. num. 459. ubi ejus differentia ab alijs Ministris.

Tomo 5.

Syndicus eligitur ab ipso Corpore, saltem majore ejus parte, ex duabus tertijs, (computatis etiam absentibus) consentiente. f. 167. n. 462.

Potest in Syndicum eligi aliquis ex eligentibus, & ipse superior. f. 168. n. 464. Potest ad acceptandum per se loquendo cogi. n. 465. Possunt etiam plures simul constitui. n. 466. Potest dari ad causas criminales. n. 467.

Ad Syndicum etiam illa causa pertinet, quæ inter Communitatem & Superiorem intercedunt. num. 468.

Syndicus habet eandem potestatem, quam Procurator cum libera, nisi aliud exprimat. fol. 168. num. 470.

Totam Communitatem & illius bona, non potest obligare nisi Syndicus Civitatum habentium Jura Principum, ut Imperiales. n. 471.

A condemnatione Officialis in Syndicatu, non potest appellare is, cujus est Officialis. fol. 566. num. 495.

Syndicatus remedium contra Judicem malè judicantem, convenit laico, etiam si appellacioni remissio fuerit, vel fatalia lapsa sint. f. 588. n. 529. & seqq. ubi referuntur poenæ malè judicantium.

Syngrapha.

Tomo 5.

Est schedula scripta vel subscripta propria manu contrahentium in conventionis fidem. fol. 371. num. 512.

Vide, *Chirographum*.

T.

Tacitum & Expressum.

Tomo 2.

Taciti & Expressi tunc solum eadem vis est, quando Expressum non requiritur à lege expressè. f. 125. n. 552. & f. 180. n. 95.

Vitiato Expresso, tunc solum viciatur Tacitum, quando Tacitum innititur Expresso tanquam magis principali, non item quando est æque principale, ut in substitutione vulgari & pupillari. f. 182. num. 103.

Testamentum.

Tomo 2.

Testamentum à plerisque, sed minus accuratè,

T.

221

definiri solet: Voluntatis nostræ iusta Sententia, de eo quod quis post mortem suam fieri velit. f. 2. n. 1. cum sit potius definitio ultime Voluntatis in genere. Que tamen melius definitur: Gratuita Dispositio de Bonis, in tempus mortis seu post mortem disponentis. n. 5.

In Testamento possent Solemnitates non esse substantiales, lege sic disponente, quidquid hic de facto. n. 2.

Differt Testamentum ab alijs ultimis Voluntatibus per directam hæredis institutionem. n. 3.

Testamentum melius definitur: Justa & ultima, ac fundamentalis voluntatis nostræ sententia, quâ absque speciali privilegio directè Jurium nostrorum universalem successorem instituiimus. n. 4. & seqq.

Testamentum potest largo modo dici: Contractus, & in favorabilibus hoc nomine venit. n. 9.

Testamenti factio permittenda erat non solum ad cavendas vitæ insidias à intestato, sed etiam tanquam incitamentum vivendi frugaliter, & congregandi divitias in bonum Reipublicæ, & ut quis posset consulere animæ suæ. fol. 3. n. 11. & seqq. Et ex his rationibus humanæ consentaneum, posse facere Testamentum. n. 14.

Nisi lex approbaret Testamenta, ex natura rei Bona defunctorum essent vacantia, & fierent primo occupantis, & hoc sensu testamenti factio est Juris Civilis. eod. Item est Juris publici, quia hujus beneficio concessa. f. 4. n. 16.

Dividitur in Testamentum ad piâs causas, & profanas. inter liberos & extraneos. in Paganum & Militare. in Testamentum Rustici. Cæci. Surti. Muti. f. 4. n. 17. Scripum & Nuncupativum, quæ est principalis divisio. n. 18.

Testamenti Scripti Requisita.

Ad Testamentum scriptum requiritur. 1. Ut non me Hæres Testator vel per se, vel per alium scribat. Si per se scripsit, hoc ipsum in scriptura dicendum. Item per Const. Imper. & Jure Bavarico requiritur, ut propria manu subscribat, vel Octavum Testem adhibeat. Si per alium scripsit Testamentum, etiam Jure communi debet vel ipse subscribere, vel octavum testem eo nomine adhibere, qui in præsentia ceterorum subscribat. f. 4. n. 19. & fol. 18. n. 79.

Requiruntur. 2. Septem Testes idonei, (per se loquendo) masculi, puberes, liberi, rogati, presentes, qui Testatorem audiant & videant, suum nomè subscribant, sigillent. Si sigillo alieno hoc nomè expriment de Jure Bavarico, quo etiam requiritur, ut major pars proprio sigillo utatur. Imperiti per alium subscribant, & hoc expriment. Vocari non est necesse, satis est, presentes rogari. fol. 4. n. 20.

Domestici